

## Aduertencias para

eam. ¶ Tertio, Dominus potest rem suam perdere sine peccato, puta ludendo causa recreationis: Pastor autem ouem suam nulla occasione potest perdere. ¶ Quarto, Dñs potest rem perditam recuperare vel similem, vel equalē. Pastor autem ouem perditam, per culpā mortalem, aut sua negligentia notabili aut alio quouis modo, nulla tenus potest recuperare: quoniam ei vitam gratiæ in presenti dare nō potest. Si autem gratia, iam non ex operibus, alioqui gratia iam non est gratia. Neque si in suo mortua fuerit peccato, vitam ei gloriæ dare potest, quia in Inferno nulla est redemptio.

Et ideo ille Achilles, siue illud argumentū, quod tam forte quidam estimant, euacuatum est, quoniam ex dictis liquido patere puto, q̄ dissimilis est ratio Domini ad rem suam, & Pastoris ad ouem suam. Ideo dissimile debet esse iudicium secundum Philosophum, vt supra est dictum. Ex his concludi potest, id quod diximus, scilicet q̄ Episcopus per meliorem Ministrum, quem inuenire potest, tenetur suas curare oues quicunq, sit ille, siue secularis, siue Regularis, siue ex officio earū curam suscipiat, siue ex charitate, quia quan  
to me